



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

83. An offendentes Clericos familiares Cardinalium eorum intuitu incident
in excommunicationem Bullæ Cœnæ? Ex p. 5. tr. 2. res. 83.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76442](#)

406 Tract. VII. De Potestate, & Priuilegiis

2. Verum ego probabiliter contra Duardum contrariam sententiam docui in 3. part. tract. 5. resol. reperitur in 81. & docet Bonacina in *Bulla Canæ*, dis. 1. quæst. 12. tom. 5. tract. 2. part. 3. num. 3. & ratio est, quia volenti, & consentienti, non sit iniuria, ex l. nemo presamitur ff. de reg. iur. Deinde quod fauore alicuius inductum est, non debet in ipsius damnum retroqueri, ex l. nulla iuris ratio, ff. de legibus, & tandem, quia plures ex actionibus prohibitis in Bullæ, & similiter in *cap. felicis*, & in *Clem.* si quis suadente, nullo modo aptari possunt personæ iniuria patienti; sed necessario requiri causam efficientem extrinsecum, ut capere, carcere, detinere, hostiliter infegi, à Diocesis & terris eicere. Nemo enim se ipsum eiicit, vel insequitur, &c. ergo eodem modo accipienda sunt aliae actiones, ut scilicet intelligentur sub excommunicatione prohibita, quatenus ab aliis infuriant aduersus dictas personas Ecclesiasticas. Item si Cardinalis se ipsum persecutus inciderit in hanc excommunicationem Bullæ; ergo idem dicendum esset in *Canone 9. de his qui veniunt ad Sedem Apostolicam*, & in 10. de peregrinis ad Urbe accedentibus, si quis corum in se ipsum manus inferret contra dispositionem Bullæ. Est enim eadem & par ratio, & tamen nemo id affirmat. Adde quod ego ipse satis etiam probabiliter ubi supra firmavi, præterita, à Clericis persecutientem se ipsum, non incurrire principio, & excommunicationem *cap. si quis suadente*. & ita hanc in alia eius sententiam loquens in specie de Cardinalibus se primæ auctoritatibus, docet etiam esse probabilem Alterius de censuris, tom. 1. lib. 5. disput. 12. cap. 3. dub. 2.

RESOL. LXXXIV.

An offendentes Clericos familiares Cardinalium eorum intuitu incident in excommunicationem Bullæ Canæ?
Ex part. 5. tract. 2. Ref. 83.

§. 1. **N**egatiuè respondet Acosta in *Bulla Cruc. 9.65.* Soufa in *Bulla Canæ*, cap. 12. disput. 66. num. 3. Duardus lib. 2. cap. 11. qn. 10. num. 1. Barbosa in *Collect. Doct. tom. 3. in Decr. lib. 5. tit. 9. cap. 5. num. 35.* Alterius de cens. tom. 1. lib. 5. disput. 12. cap. 3. dub. 7. & alij afferentes tales non incurrire dictam excommunicationem, etiam si offendant dictos familiares coram Cardinalibus, ex ipsis intuitu, & in contemptu, quia censura non ligat ultra mentem conditoris verbis expressam; sed in Bulla exprimuntur tantum Cardinales, & non eorum familiares. ergo, &c.

2. Sed est tanta dignitas Dominorum Cardina- lium, ut propterea contrariam sententiam docuerit ex Armilla & Vivaldo, Greg. Sayns de cens. lib. 3. cap. 15. num. 3. Sed quicquid sit de hoc, certum est, offendentes Cardinalium familiares incurriere excommunicationem reseruantam Summo Pontifici in *cap. felicis*, de *ponnis*, in 6. & in *Bulla Pij V. edita 14. Kal Ian. ann. 1569.* Ita Soufa ubi supra. & Alterius de cens. tom. 1. lib. 2. disput. 12. cap. 3.

RESOL. LXXXIV.

An Cardinales Religiosi statim seluantur à voto pauperatus, & efficiantur Domini redditum Ecclesiastico- rum instar Cardinalium sacularium: & ideo super- vacaneæ consumpta, & in ipsis illicitos non teneantur restituere ab ipsis recipientes?
Idem infurit de Religiosis Episcopis.
Et Cardinales Religiosi recuperant facultatem te-

standi de rebus suis, quæ ex professione Religionis amiserant? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 64.

§. 1. **N**egatiuam sententiam docet Barbosa in *ire Eccles. lib. 1. cap. 3. num. 24.* & alij penes ipsum, quibus ego addo Suarez de Relig. tom. 4. lib. 3. c. 19. ybi docet eandem esse rationem de Episcopio ac de Cardinali; sed Episcopus Religiosus non liberatur à voto paupertatis, ut communiter assertum Doctores, & nouissime Lopez de Texeda tom. 1. lib. 2. tract. 1. contr. 2. num. 3. ergo neque Cardinalis. Et ita hanc sententiam docet etiam Sanchez in *summa tom. 2. lib. 6. cap. 6. num. 34.* & amicissimus & doctus Lezana in *99. regul. cap. 17. num. 5.* vide etiam Manfredum de *Cardin. decif. 154.*

2. Verum ego contrariam sententiam probabilem esse existimo, secundum quam dicendum est Religiosum creatum Cardinali eximi à voto paupertatis, & offici verum dominum redditum Ecclesiasticorum instar Cardinalium secularium; & ideo supervacaneæ consumpta, & in ipsis illicitos non teneri restituere, neque ab ipsis accipientes, ad restitutionem astristos esse, & ratio horum omnium est, quia etiam Regulares Episcopi non tenentur amplius ad votum paupertatis: ergo neque etiam efficiuntur Cardinales, quod autem Religiosi ad Episcopatum assumpti solvantur paupertatis voto, ego alibi probabiliter docui, & nunc etiam doceo cum Soto in *inf. lib. 7. q. 4. art. 12.* Vasquez in *part. 2. q. 96. art. 4. diff. 165. cap. 8. num. 91.* ad finem & num. 104. & in *tract. de eleemosyn. Pro hac Resol. 1. dub. 2.* sententia adduxi Petrum Hurtadum de Mendoza, & alios, quibus nunc addo Michaelem de Palatio, insigne Theologum Salmantensem, in 4. sentent. diff. 38. disput. 1. & hanc sententiam quoad Episcopos & etiam Cardinales probabilem esse fatentur ipsimet aduersarij, ut Sanchez loco citato.

3. Notandum est tamen quid stando in prima opinione, Cardinalis & Episcopus Religiosus licet non sit dominus redditum Ecclesiasticorum, potest tamen de dictis bonis facere id, quod facere possunt 103. & 265. alij Cardinales & Episcopi sacularis, neque alia ob. 6. 11. ligatione tenetur; nam quamvis careat dominio illorum, habet liberam & absolutam administrationem, & dominium, quod manet penes Ecclesiastem, ita suppositum est eius voluntati, ut quicquid fecerit, tantum habeatur, & validum, quoad dominij transactionem, sine peccet in erogando, sine non, nisi forte expressa aliqua limitatio, aut conditio in ipsa collatione Episcopatus imponatur, & ita docet Lorca in 2. 2. D. Thom. q. 32. art. 9. scilicet 4. disp. 4. mem. 1. num. 31. Granadus in 2. 2. contr. 3. tract. 11. disput. 5. num. 2. & nouissime Andreas Dunallius in 2. 2. tr. de elem. 5. in fine. Vnde apparet ex his nimis rigide contra me & alios viros doctos insurrexisse eruditum Bañez Faiardo in *resol. de Episc. Regulari.* ut in *tract. de elem.* dicetur.

4. Non desinam etiam hinc apponere id quod docet Laudensis de *Card. 9. 22.* & Cuculus in *inf. Can. Sup. hoc lib. 2. tit. 4. nu. 111.* Cardinales Religiosos recuperare tom. 1. 10. facultatem restituti, & dispensandi de rebus suis, quæ ex professione Religionis amiserant.

RESOL. LXXXV.

An Cardinales Religiosi teneantur ad vota quæ præter tria substantialia emittuntur in Religionibus iuxta eorum statuta? Ex part. 5. tr. 2. Ref. 65.

§. 1. **V**t, v.g. in Religione Minimorum emittitur quartum votum de seruanda vita quadrage- finali,